



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 38. Reconciliatio Tyriensum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. data, quibus omnes ab Anastasio proseri-
 A. C. 518. pti revocari, & Concilium Calcedonen-
se Diptychis inseri jubebantur.

vit. S. Sab. Mandatis istis Jerosolymam delatis
 n. 60. p. 326. S. Sabas celeriter advenit. Monacho-

rum Laicorumque infinita multitudine
 concurrente Episcopi Concilium ege-
 runt, atque die sexta Mensis Aug. Fe-
 stum celebratum, Mandata Imperatoris
 publice affixa, & quatuor Concilia Dipty-
 chis inserta. Joannes Jerosolymitanus
 ad Joannem Constantinopolitanum suo
 & omnium Episcoporum, trium in Pa-
 læstina Regionum Nomine, Synodalem
 dedit Epistolam, cui subscripserunt Epis-
 copi triginta tres. Primi sunt Joannes
tom. 5. Conc. Cæsariensis & Theodosius Scythopolita-
p. 187. nus, qui tamen Concilio Jerosolymitano
 non interfuerant, sed Joannes S. Sabam
vit. S. Sabæ cum quibusdam aliis Deserti Abbatibus
 n. 61. ad eos miserat.

§. XXXVIII.

Reconciliatio Tyriensium.

Epist. Epip. Populus Tyriensis in neminem magis
to. 5. Conc. quam in Monachum, cui nomen Jo-
p. 198. annes, Ecclesiæ S. Mariæ Mansionarium,
 irritatus erat. Is Monachus Pactis cum
 Schismaticis secreto initis Antiochiam se
 contulit, Severo operam addixit, & sua
 manu Anathemati contra Concilium Cal-
 cedonense, & S. Leonis Epistolam sub-
 scripsit.

scripsit. Tyrum deinde reversus Eccle- Sæculum VI.
A. C. 518.
siam S. Mariæ Schismaticis tradidit, at-
que conventus illicitos agere cœpit.
Baptismum quoque ibi celebrare ausus
est ingenti scandalo populi, jam ex duo-
bus locis Neobaptizatos egredi conspi-
cientis, Rem illo usque inauditam. Com-
mota Seditio Schismatici saxa in Cru-
ces conjecerunt, Clerici Laicique vulne-
rati, & Episcopus Epiphanius vita peri-
clitabatur.

Litteræ in Veterem Ecclesiam 28.
Mensis *Lous* anno æræ Tyriensis 643. In- to. 5. Cont.
p. 202.
dictione duodecima, id est, die Domini-
ca 16. Sept. 518. Constantinopoli allatæ
sunt. Evangelio lecto Sergius Diaco-
nus Epistolis Joannis Constantinopolita-
ni, Theophili Heracleensis, & Concilii
Constantinopolitani ad Epiphanium Ty-
riensem: deinde Epistolam Synodalem ad
Joannem Constantinopolitanum, in qua
contra Severum Antiochenum Anathema
pronunciabatur, prælegit. Tum Popu-
lus in Ecclesia Tyriensi congregatus ex-
clamavit: *Annos plurimos Imperatori!*
Annos plurimos Imperatrici! *Annos plu-*
rimos Senatui, Præfectis, Comiti Joanni,
Patriarchæ Epiphanio! (hunc Titulum
Episcopo suo dant) *Soli Deo tantum Bene-*
ficiū debemus. Hæc est vera Fides. Unus p. 203.
Deus! una Fides! tum ad Epiphanium
conversi: *fac, quod Concilium fecit. Qui*

Sæculum VI. *tacet Fidelis Christianus non est. Longam vitam Patricio Vitaliano! ascende, Severum, & Joannem Monachum anathematiza!*
A. C. 518.

Tyrienses
Catholici.

Epiphanio Episcopo suggestum concendente necdum populus cessabat clamare: *Deus te huc adduxit! unus Deus! una Fides! jube, ut & Episcopi ascendant.* Ascenderunt etiam Joannes Prolemaidanus, Theodorus Porphyreonensis, & Elias Rachlenensis. Et adhuc populus: *Plurimos annos Patriarcha Epiphanio! Martyrium sustinuisti more Sanctorum, & Fides tua vicit. Mater Dei Severum ejecit, Ecclesias turbantem. Ejice Schismaticos ex hac Civitate. Ejice Ægyptios. Imperatorem habemus Orthodoxum. Aufer speluncam latronum. Aufer, incende speluncam Schismaticorum.* Et postea: *Ejice Episcopos Hæreticos. Justinus regnat, nihil est, quod timeas. Ejice Acephalos. Si ipsi vicissent, trucidassent nos. Occupa Dei Matrem.* Volunt dicere, Episcopo repetendam esse Possessionem Ecclesie S. Virginis, quam Schismatici tenebant. Et ulterius clamant: *Ingredere, emunda S. Domum. Eamus ad Matrem Dei! jube S. Flaviani corpus afferri.* Hic loquuntur de Flaviano Patriarcha Antiocheno, a Severo pulso, & in Exilio mortuo. Et iterum populus: *Eamus ad S. Ma-*

p. 206.

S. Mariam! da nobis Crucem; Schisma- Sæculum VI.
A. C. 518.
tici Crucem lapidarunt. Crux trium-
phavit. Eamus! ingrediamur! Festum
celebrandum denuncia.

Epiphanius Archiepiscopus dixit:
Obsecro, modicam patientiam! tempus
date, ut Acephalum anathematizemus.
Et addidit: *Fides, quam nos docuerunt*
Apostoli, & quam ab ipsis acceperunt Pa-
tres Nostri tam Niceni quam etiam Con-
stantinopolitani, Ephesini & Calcedonen-
ses, illa ipsa est, quam & nos vobis præ-
dicamus; Hæreticos vero omnes anathe-
matizamus. Hic omnes illos nominatim
memorat, qui Incarnationem impugna-
runt. Et subjungit: *Anathematizamus*
pariter Severum impium, Acephalum &
Schismaticum, quod Sanctos Patres No-
stros anathematizaverit, & Schismatum
Auctor in Ecclesia extiterit. Hæc di-
centem populus interpellavit clamando:
Dextera Dei hoc fecit, unus Deus! una
Fides! pro Ecclesiarum Pace. Annos
plurimos Archiepiscopo Epiphanio! Ana-
thematiza Mandritam. Archiepiscopus
prosecutus est Sermonem: *Anathemati-*
zamus etiam Joannem Monachum Apo-
statam, ex quo Doctrinam impii Severi
amplexus est. Ambo Anathema sunt, &
Maledictum! in Nomine Patris & Filii
& Spiritus S. in Cælo & in terra, in
hoc Mundo & in altero, Amen! clama-

p. 207.

Sæculum VI. vit populus: *Amen Amen Amen!* ad-
A. C. 518. dens plures alias Acclamaciones, & inter
 ceteras: *Sublatus est Anastasius, Justinus imperat. Non est Manichæus sicut Anastasius fuit. Mortuus est Amantius Trinitatis hostis.*

p. 210.

Tum Joannes Episcopus Ptolemaidanus ad populum: *Anathematizamus omnes illos, quos sanctissimus Archiepiscopus anathematizavit, & nominatim Severum & Joannem Mandritam.* Et reliquam formulam sicut Archiepiscopus recitavit. Theodorus Episcopus Porphyreonensis quoque Anathema pronuncia- vit, atque etiam Elias Rachlenensis. Respondit Populus solitis acclamationibus, vehementer instans, ut Officium Divinum in Ecclesia S. Mariæ perageretur. Tunc Archiepiscopus ad populum: *Multum Diei tempus effluxit. Celebranda est Divina Liturgia. Sufficit, plurima enim nobis supersunt legenda. Dominica proxima, volente Deo, reliqua in Ecclesia Domine Nostræ legemus, atque iterum Acephalum, & Sectatores ejus anathematizabimus.* Deinde Zacharias Archidiaconus celebrandum Festum annunciavit in hæc verba: *Charitati Vestræ indicamus, quod proxima Dominica, ad Gloriam Domini Nostri Jesu Christi, & Domine Nostræ Matris Dei, pro Salute & Incolumitate Imperatoris Justini,*

p. 211.

ni,

ni, & Imperatricis Euphemiæ, Summo-
 rum Principum, S. Archiepiscopi Con-
 stantinopolitani Joannis, & Concilii quod
 ibi congregatum est, S. Cætum in Eccle-
 sia S. Mariæ DE JAMPSOUPHE actu-
 ri simus. Mane in hoc loco convenie-
 mus, ut hinc cum Cereis & Incenso can-
 tantes procedamus. Omnes adsint! Ar-
 chiepiscopus subjunxit: Sabbato sub cre-
 pusculum Officium Vespertinum in eadem
 Ecclesia S. Mariæ recitabimus. His con-
 tinguere omnes, & celebrata est Missa.

Sæculum VI.
 A. C. 518.

§. XXXIX.

Severus accusatur.

Epiphanius Archiepiscopus, & Episco-
 pi ipsius Suffraganei, datis ad Con-
 ciliium Constantinopolitanum litteris ad
 Epistolam, quam inde acceperant, re-
 sponderunt, approbantes, quod damna-
 tus fuisset Severus. Crimina ipsius pro-
 lixe referentes dicunt: Clericos absque
 consensu suorum Episcoporum excommu-
 nicavit, ab aliis Excommunicatos rece-
 pit, & Munere suo fungi permisit. Pres-
 byteros ab Episcopis ordinatos, quod eos
 pervertere non potuisset, ad gradum Dia-
 conorum detruxit. In alienis Diœcesibus
 Chorepiscopos & Mansionarios (*) ordi-
 navit.

p. 104.

p. 195.

(*) Videntur fuisse Ostiarii.